

vere primus annus seculi nullos habuit concurrentes ^{a)} in tempore et natura ^{b)} nihil quippe eum precessit, primo autem ^{c)} anno finito unus concurrens remansit, qui non primo sed secundo anno servivit. Quartus versus imprimis tenet generationes et obitus primorum patrum, deinde distinctiones iudicantium et regnorum populi Dei Israhelis ^{d)} aliarumque ^{e)} quarundam gentium scilicet Sicioniorum, Assyriorum, Egyptiorum, Romanorum assignati sunt et ^{f)} aliqui eventus temporum usque ad Christum ad meliorationem et correctionem nostri, in quos fines seculorum devenerunt. Visum est autem mihi ^{g)} in his IV versibus testamentum humane miserie sufficienter comprehendere posse, quoniam primus simpliciter notat temporis naturalem decursum, quartus distinctiones temporalium eventuum, duo medii, id est II. et III. utrisque extremis apportant ^{h)} duplex credulitatis testimonium. Nempe lunarium epactarum testimonium est celeste, quia lunaris cursus non subsistit in arbitrio hominum, sed in indite sibi nature stabilitate. At epactarum solarium attestatio est ⁱ⁾ humana ⁱ⁾, quia ferias considerare per concurrentes homines invenerunt pro maiori suorum ^{k)} notitia negotiorum. Sublata quippe omni consideratione feriarum nichilominus tamen sol et luna et ^{l)} totus mundus suos cursus ^{l)} peragere possunt ^{m)}. Transierunt autem a principio mundi usque ad passionem Domini decemnovenales cycli lunares ⁿ⁾ CCXI et XVI anni, cycli solares CXLI et anni ^{o)} XXI ^{o)}, cycli magni DXXXII annorum tantummodo ^{p)} VII ^{q)} et supersunt anni CCCI. — Altera pars, que incipit a ^{r)} passione Domini, X versibus decurrit. Primus versus ^{s)} simpliciter ^{t)} habet ^{t)} annos seculi et miserie nostre. Secundus habet annos Domini et libertatis nostre, ut ex his duobus ^{u)} pariter ^{u)} sese comitantibus semper in memoria teneamus, quod ^{v)} olim in radice formationis nostre per protoplastorum ^{w)} inobedientiam ^{w)} viciata fuerimus, et quid nunc in tempore reparatricis gratie per ^{x)} obedientiam ^{x)} Christi Iesu simus, nec cessemus illi gratiarum actiones omnimodas referre, qui nos tanto pretio mortis sue dignatus est in libertatem sanctificationis et spem ^{y)} vite eterne restituere, si ^{z)} tamen usque in finem fide et opere studuerimus illi conformari et coherere ^{z)}. De sequentibus septem ver-

a) *fehlt* A. b) *folgt* concurrentes A. c) *fehlt* A. d) *fehlt* A.
e) aliorumque T. f) etiam A. g) *fehlt* A. h) apportat T. i) humana est *statt* est humana A. k) suo T. l) cursus suos *statt* et ... cursus A. m) *fehlt* T. n) *fehlt* A. o) XXI anni *statt* anni XXI A. p) *fehlt* A. q) *folgt* tantum A. r) in A. s) *fehlt* A. t) habet simpliciter *statt* simpliciter habet A. u) — u) *fehlt* A. v) quid A. w) protoplastum *statt* prot. inob. A. x) — x) *fehlt* A. y) *fehlt* A. z) — z) *fehlt* A.